

somniis Fanaticorum istorum blandiatur. Quibus pretiosus noster Mentzerus Darmstadinus cum & mihi communicaret, adscripsit & apposuit: Das heist sich des Fleisches enthalten, wenn sich ein Bruder daran ärgert.

Qvod ad subsecuta & nostra tempora attinet, vox **Ges**  
**laßenheit** sine omni erroris periculo & suspicione tam in con-  
cionibus, quam publicis scriptis & cantionibus forte quoque  
Ecclesiasticis adhibita est & in hunc usqve diem adhibetur,  
nec facile quis extiterit, qui sibi eadem damnum quoddam  
unquam contractum fuisse dixerit. Ubi in transitu obser-  
vo, cantionem quandam, quæ in Canticum Budissinen-  
sium libello extat: **I&E Sii frommer Menschen-Heerden,** sc.  
cujus usus apud nos freqvens est, quoad verba vers. 3. **Lass**  
**mir auch nach dir zu rennen, wie du kamst zu mir gerannt,**  
in disputatione quadam Wittebergæ olim de **Prudentia in Can-**  
**tionibus Ecclesiasticis adhibenda** habita taxari & rejici, quod  
alii ulterius excutiant & sub incudem revocent. Quilibet  
ab usu vocum suspectarum & periculosarum quam maxime  
semper abstineat sibique temperet, quanquam non omnes ta-  
les visæ ejusmodi vere sint. Multi enim præoccupati, ut  
ita loquar, dantur letores & auditores, qui, cum in hujus  
vel illius verba jurarint, omnia vocabula ejusmodi minus  
convenientia sine ulteriori excusione rident, verissima, ut,  
dixi, improbant, abolere & prorsus eliminare conantur.  
Idem quoque ordini **Jalutis & pænitentiæ** accidit. Quot enim  
eorum sunt, qui istis vocabulis ad varios errores fenestram  
aperiri & tantum non omnem fere cœlestem veritatem oppri-  
mi existimant, innocentes scabiosis judiciis, variisque ob-  
trectionibus lacezzere student, probatisimis interim Theolo-  
gis, qui unqvam Saxoniam & alias regiones nobilitarunt &  
usque huc nobilitant, iisdem utentibus & jacto hoc fundamen-  
to in hodiernum usque diem salutariter docentibus. **Quos si**

C 2

seque-